



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in judicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agrippinae, 1684**

36. Exemptus ædificans in loco non exempto Ecclesiam, num acquirat
illius exemptionem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](#)

de pace publica cap. 6. num. 19. In eius confirmationem inserviunt quæ Rebiffus fuisse attulit de privilegio scholaris privilegio 106. nu. 1. & segg. & quæ nos supra ex eodem & aliis recensuimus, supra eodem lib. cap. 26. adde Balbum de præscript. partis 5. parte prima quest. 4.

QUÆSTIO XXXVI.

Exemptus ædificans in loco non Exempto Ecclesiam, num acquiratur illi Exemptio?

SUMMARIUM.

- 1. Ecclesia ædificata in Diœcesi ceduntur jurisdictionis Episcopi. 3. Testator fundans Capellam, non potest aliquid in Ecclesia reservari.
- 2. Quid si accedit licentia Episcopi, sibi eam eximere.

Exemptis non licet ædificare Ecclesiæ in Diœcesi Episcopi sine ejus licentia, c. cum olim 2. de privilegiis cap. auctoritate eodem in 6. alioquin enim cederet Domine & jurisdictioni Episcopi. Abb. d. cap. cum olim nu. 9. Franc. d. ca. auctoritate Spec. tit. de Privilegi. part. 4. num. 3. Anton. de Pratis de Jurisdictione Episcopi cap. 1. num. 3. & 4. & 7. Angel. in summa verbo Exemptius n. 11. & seg. & Famus n. 10. Nec enim quibusvis propria auctoritate oratoria capellas Ecclesiæve ædificare permittendū est. Silva tract. 2 de beneficio part. 1. quest. 6. ubi late. Si tamen accedit licentia & concessio Episcopi sibi ante ædificationem (ut censer Innocent.) aliquid reservantis, tum Ecclesia per Exemptum ædificata censembitur, Innocent. c. dudum n. 2. vers. Item videtur in fine de privilegiis cap. inter dilectos de fide instr. Brixensis in repertorio verbo Exemptius col. 5. in fine.

Addo obiter, quod nec testator fundans capellam, possit eam eximere ab Episcopi potestate. Barib. l. quoties §. fin. ff. de administrat. Abb. cap. cum. dilectus nov. 4. de consuet. Anton. de pratis tract. de iuri auct. Episcopi cap. 1. n. 3. & 5. cap. sic quidam cap. no. verum 20. quest. 1. Abb. cap. requisisti nu. 22. de Testam. Fel. cap. cum venerabilem nu. 33. de except. Decr. conf. 121. Mandat. de Signat. grana. ut. exemptiones col. 2. vers. amplius etiam & col. 5. vers. exemplo ab ordinario, ubi dicit Episcopum hoc non posse concedere patrono in foundatione, cap. 1. & 2. 10. quest. 1. Innoc. cap. in Lateranen. in fine de præbendis, adversaretur enim iuri cui in Testamento renunciari non potest, l. nemo potest ff. de leg. 1. Anto. de Pratis d. cap. 1. num. 7. vide infra lib. 4. cap. 57.

M

QUEST.